

EXPERIMENTUM.

§. 5. Die igitur II X. Idus Februarias circa meridiem e regione Castelli Regii, cui *Fridericia* nomen est, perfregimus glaciem, quæ XII. pollices sive unum pedem crassa erat, & deprehendimus:

1. Frusta glaciei fuisse dulcissima.
2. Aquam glaciei proximam itidem sale destitutam.
3. Aquam mediante siphone sesquipedali extractam modicè salisam.
4. Aquam per siphonem quinque pedes longum (*ut in Figura I.*) haustam adeo salisam fuisse, ut unus cantharus sive quatuor libræ Romanæ istius aquæ igni appositæ, & in vaporem redactæ, unciam unam cum sesquiscrupulo salis marini relinquere. Et hic nostri tentaminis fuit processus ac eventus.

§. 5. Nunc